Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

monest tui. ⁊ genua tremuerunt ⁊ fortasti. Nec enim sup
te plaga ⁊ defecasti. Tetigit te ⁊ cecidit es. Ubi est timor
tuus. fortitudo tua. prudentia tua. patientia tua. ⁊ p
fectio uiae tuae. Recordare obsecro te. qis unquam in
nocens perit. aut quando recti dilecti sunt. qn potui uidi eos
qui operantur iniquitatem ⁊ seminant dolorem. ⁊ metunt
eos flatu dei perire. ⁊ spiritu iracundiae ei consumi. Rugitus
leonis. ⁊ uox leaenae. ⁊ dentes catulorum leonum ⁊ tui sunt
Ligus perit. eo qd non habet praedam. ⁊ catuli leonum dissipa
ti sunt. Verbum autem dictum est mihi absconditum. ⁊ quasi fur
tive suscepit auris mea. uenas susurrum eius. In horro
re uisionis nocturnae. quando solet sopor occupare homi
nes. Pauor tenuit me ⁊ tremor. ⁊ omnia ossa mea perte
rrita sunt. Et cum spiritus me praesentiret inhorruerunt pili
carnis meae. Stetit quidam cui non agnoscebam uultum ima
go coram oculis meis. ⁊ audiui uocem quasi auram lenis audiui. Nu
qd homo dei ⁊ patri suo iustificabitur aut factori suo puri
or erit uir. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles. ⁊ in an
gelis suis reperit praua. quanto magis hi qui habitant
domos luteas. qui terrenum habent fundamentum. ⁊ sunt
uelut aranea. De mane usque ad uesperum succidunt.
⁊ quasi nullum intelligentem in aeternum peribunt. Qui autem reliqui
fuerint auferentur et eis. morientur in insapientia.
Voca quoqs si est qui respondat. ⁊ ad aliquem sanctorum ibis. Virum stul
tum interficit iracundia. ⁊ paruulum occidit inuidia. Ego
uidi stultum firmare radicem. et maledixi pulchritudi
ni eius statim. Longe fient filii eius a salute ⁊ conterentur
in porta. nec erit qui eruat. Cui messem famelici come
dent ⁊ ipsum rapiet armatus et bibent sitientes di
uitias eius. Nihil in terra sine causa fit. ⁊ de humo non orie
tur dolor. Homo ad laborem natus est. ⁊ auis ad uolatum.
Quam obrem ego deprecabor dominum. ⁊ ad deum ponam eloquium
meum. qui facit magna ⁊ inscrutabilia. ⁊ mirabilia
absque numero. qui dat pluuiam super faciem terrae. ⁊ irrigat

Lib. vi.